



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**BREVIS|| INSTRVCTIO|| AD CORROBORAN-||DOS AC
IVVANDOS MO-||RITVROS, EOS PRAESERTIM|| qui ob
flagitia sua, publica Iudi-||cum sententia morti ad-||dicti
sunt:||**

Isella, Francesco

Coloniae Agrippinae, 1588

VD16 I 344

Articulus X.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60044)

8 INSTRUCTIO AD

uo in mare missi sunt: oleo bullienti immerfi, laminis & thoracib⁹ ferreis, ijsq; candētib⁹ induiti, clavis confosfi, mēbratim discerpti sunt. quidā cōtractis arborū ramis, ijsq; postea relaxatis alligati, in diuersas partes rapti sunt, & disrupti. Quot viui sepulti sunt? quot ex rupib⁹ precipitati? quot caudis equorū alligati, per loca aspera nudi sunt rapti? quod capite deorsum suspensi, & fumo sunt extincti? quot lento igne cremati? quot oculis exectis excoecati? quot nas⁹, aures, linguæ, manus, aliaq; membra amputata? quot forpicibus māmæ abscissæ? quot dentes excussi? Longum esset singula tormentorū genera recensere, aut omnium Martyrum mentionem facere. *Articulus X.*

Postquam iam condemnatus intellexit, quanta Dominus noster pro illo passus est supplicia; & quāta Sancti omnes sustinuerunt, omnem adhibeat Consolator diligentiam, vt persuadeat illi, pro gratitudine saltē, vt volūtariē moriatur, amore illius Domini. Etenim si vt gratos nos exhibeamus homini, qui vitam suam pro nobis posuit, etiam nostram pro illo ponere-

IVVANDOS MORIENTES. 59

neremus, multò magis id facere debemus amore illius Domini, qui pro nobis obiit mortē tam crudelem, ignominiaq; plenam. Ad exaggerandam hāc obligationē, potest captiuo proponi, quanto inferior est illo, qui pro ipso passus est. etenim quanto maior est is, qui passus est pro nobis, tanto magis nos pati pro illius nomine sumus obstricti. Teneremur meritò pro æquali nostro mori, qui animam suā pro nobis posuit: magis aut, si is magnus quidā Dominus esset: maximè si Rex. Plus igitur quàm obligatissimi sumus ponere vitam, & voluntariè mori amore Domini Dominorū, & Regis Regum, qui ob amorē, quo nos dilexit ignominiosā crucis mortem subire non erubuit.

Potest & hāc obligatio aliter exaggerari, dicendo; Neminē pro alio vitā suā profundere, nisi meritū aliquod præcesserit: neq; id facere per viā iustitiæ cum ignominia: sed quia scit se vel tandē semel mori debere, quocūq; id modo sit, Dominus aut noster sine aliquo merito nostro præcedente, voluit mori pro nobis: idq; morte ignominiosissima, cū tamē morti legis nō esset subiectus. His

60 INSTRVCTIO AD

Hiis, similibusque amplificationibus addi potest afflicto animus, ut statuat voluntariè pro amore sui Domini Saluatoris mori, cum persuasione, quod tandem omnia recident in suã utilitatem. Etenim Dominus non eget bonorum nostrorum; sed tantus est amor eius erga nos, & in tantum optat bonum nostrum, ut quicquid faciamus pro salute animæ nostræ, id acceptet, remuneretq; non aliter, quã si sibi factum esset. Addi etiam potest meritum, quod (si voluntariè moriatur) habiturus est, fore maximum; quod autẽ ille oblaturus est, nihil erit: vita namque semel, quocunq; id fiat modo, est amittenda: estque in potestate & manu Domini, illud quocunque velit momento auferre.

Articulus XI.

Christus mater eius & sancti introducantur cū captiuo loquentes.

Ut autem captiuus magis moueatur ad oblationem hæc spontaneam, potest introduci Dominus, quasi cū eo colloquens, eumque ad voluntariè moriendum inuitans: ipse namq; triginta annis laborauit pro illo, & tot pœnas sustinuit, possuntq; in persona Domini omnes illæ pœnæ speciatim enumerari; quas tempore suæ passio-